GREGORIUS I. MAGNUS
Österreich (?), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 171v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Nos quoq; cū iā claustra carnis dispicere mortalitatis
nr̄e angustias p̄ inmortalitatis desiderium transire
insup̄ne lucis libertatē tendere ad cœlestis patriæ
gaudia anhelare coeperim̄: Ad portā oculos tenem̄. quia
dum a sacramentis temporalibus transire ad æterna cupim̄.
quasi iā p̄senti uite tergo dedim̄: Et cordis faciē in
desiderio nr̄i scitus habem̄; Scriptum quippe ē, corpus
qd corrumpit̄ adgrauat animā. & deprimit terrena
inhabitatio sensum multa cogitantē; Si itaq; p̄ contem
platione iā mēte extra carnis angustias tendimus.
Ad huc tam̄ in sacramentis que cognouim̄ ipsa carnali an
gustia intra portā tenemur; Sepe nāq; anim̄ ita indi
uina contemplatione suspendit̄. ut iā se p̄cipere de æterna
illa libertate quā oculus non uidet. nec auris audiuit.
aliquid p̄ quandam imaginē lætetur. Sed tam̄ mortalita
tis pondere reuerberatus ad ima relabit̄: Quib; dam pene
sue uinculis ligatus tenet̄; Porte igit̄ intendit qui
uere libertatis gaudia conspicit; Iāq; scire concupiscit
sed ad huc non ualet; Hinc ē qd hebreicus populus de
egyptia seruitute liberat̄; Cum loquente dō columnā
nub̄ cerneret. unusquisq; in tabernaculi sui foribus sta
bat et ratione adorabat; De q̄b; paulo superius dic̄;